Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

miracula que esse facta vidit et audivit ipsius et aliorum devotio aucta
sit et in dies augeatur

Super vicesimo primo et vicesimo secundo articulis interrogatus qd tulia
miracula ie et tm qd omnia miracula ie testis examinatus dicit articulos
fore veros quia aliter non credit quam miraculose illa facta fuisse

Super vicesimo tertio articulo interrogatus qd quotidie ie testis examinatus
dicit articulum fore verum preter alia miracula nonnulla facta

Super vicesimo quarto articulo interrogatus qd de predictis omnibus ie
testis examinata dixit ut ad primum secundum

Et fuit terminatum eidem testi pro ut est moris ie

Eadem die fuit examinata Dysiata mulier Barbara uxor Matthei
Dunnel de Newnburg ad australi Patavien diocesis etatis sue annorum
Quadraginta quinque uel circa que deposuit ut sequitur
Et primo sup Primo Secundo et omnibus aliis articulis usq ad decimum
octavum inclusive testis examinata dicit articulos fore veros quia ita a
senioribus suis audivit

Super Decimo Nono articulo interrogatus qd post mortem suam ie
testis examinata dicit articulum fore verum quia in se ipsa ac matre
et marito eius stat et vidit omnipotente dominum per merita beati Leopoldi
inita et diversa miracula operatus esse. Interrogata iuxta interrogatorium
supra in hoc examine et principio descripta Testis respondendo dixit qd
ipsa olim dum in domo sue etatis anno constituta esset in quadam grave
medebat infirmitate ex qua mutata sordida et cera facta exhibebat et p vnu
integrum annum ita mutata sordida et cera fuerat Tandem mater ipsius testis
panem ad tumbam beati Leopoldi cum ceteris et aliis votivis oblationibus
pro sanitate recuperanda devovit Et dictam Barbaram eius filiam videlicet
testem ipsam inter brachia sua cum oblationibus votivis ad tumbam bti
Leopoldi obtulit et orationes devotas ad beatum Leopoldum emisit illico finitis
orationibus et voto completo ipsa testis pristine sanitati restituta est et sana
reversa est in domum suam Subiungens etiam qd dicta eius mater semp
in omnibus suis tribulationibus et angustiis per intercessionem beati Leopoldi
cera suam tumbam expandita sit et ab eisdem liberata Addiceret insuper
ead testis qualiter ipsa ante annos quatuordecim ex quadam infirmitate
qua tunc detenta erat ambabus manibus contracta erat et in nullo sibi
per medium annum et ultra auxilio in manibus subvenire poterat Et postqm
tumbam beati Leopoldi ex voto qd emiserat terna vice visitavit et
cum devotis orationibus tercuiuit integre pristine sanitati restituta est
prout hodie sana existit. Deinde coram retulit dicta testis qualiter